pièce 3

# P. RAMI
# LIBER DE SYNTAXI GRÆCA, PRÆCIPUE quatenus á Latina differt.



PARISIIS,
Apud Andream Wechelum, ſub Pegaſo, in vico Bellovaco: Anno Salutis,
1562.
Cum privilegio Regis.

## PRIVILEGII SENTENTIA.

CAutum eſt authoritate Regia, ne quis alius præter Andream Wechelum juratum in alma Pariſienſi Academia Librarium, hunc P. Rami librum de Syntaxi Græca, præcipué quatenus á Latina differt, poſtremó editum, ante decennium ab editione proximum in hoc Francorum regno imprimat, neve alibi impreſſum vẽdat: Ac ſi Regii diplomatis ſententia operis initio præfigatur, finive poſtponatur, ut omnibus clarũ, notum, indictũ habeatur. Secús qui faxit, & libris ipſis, & mille librarum Pariſ. multa pœnas pendito. Datũ Rhemis, Regio conſenſu ſubſignatũ, D. Villamoro ſupplicum libellorũ magiſtro præſente. 3. Id. Jun. 1557.

Coignet.

# P. RAMI

## LIBER DE SYNTAXI GRÆCA, PRÆCIPUE quatenus á Latina differt.

NUMERALE *adjectivum differentiam latinam nõ ſervat, Demoſth.* περὶ συμμ. *dicit quidem* δύο καὶ τετταράκοντα, *item* ἑκατὸν καὶ εἴκοσι *&* χίλια καὶ διακόσια: *at contrá,* τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους, *item Latinis illud diſsimile* πέντε ἑξήκοντα, μίαν ἑξήκοντα. *Subſtantivum aliquando deeſt,* ἀντλεῖν ἀμφοτέραις, *haurire ambabus, deeſt* χερσὶ. τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δ' ἑτέρᾳ τὸ πῦρ, *deeſt* χειρὶ. *Xenophon,* ἐὰν στρατεύωνται που εἰς πο-

*λεμίαν, ſi quãdo exercitum ducant in hoſtilem, ſupple χώραν regionem. Talia ſunt προτεραία, ὑστεραία, ἐπιοῦσα, prior, poſterior, ſequens, ſupple ἡμέρα, ut latinè oriens, occidens, continẽs, ubi ſol & terra intelligũtur.*

*Adjectivum neutrum pro ſubſtantivo ſæpiùs aſſumitur,* ποιὸν, ἀντὶ τοῦ ποιότης· καὶ ἄκαιρον, ἀντὶ τοῦ ἀκαιρία.

## Relativi convenientia.

*Ellipſis antecedentis frequẽtiſſima eſt & caſus idem antecedentis & relativi: Iſocr.* ποιεῖσθαι τὰς ὑποσχέσεις ὧν ἔμελλον ἐπιτελεῖν. *ubi intelligitur* ἐκείνων.

Αὐτὸς *aliquando habet* ἔμφασιν, *ut* αὐτὸς ἔφα: *aliquando pro relativo ponitur: reciprocum* οὗ, οἷ, ἕ. *Herod.* καὶ οἱ ἐγένετο θυγάτηρ, *& ſibi fuit filia, pro* αὐτῷ *ipſi.*

Αὐτὸς *compoſitũ cum nomine, reciprocum eſt, ut* αὐτοδίδακτος, φίλαυτος, *ſui doctor, ſui amator.*

ἑαυτοῦ *aliquando ſecundæ perſonæ legitur. Xenoph.* οὕτω γὰρ παιδεύεις σοὺς ἑαυτοῦ φίλους. *Sic enim tuos amicos inſtituis. Aliquando pro ſimplici* αὐτὸς *capitur. Plato,* νεμεσᾷ γὰρ ὁ θεὸς ὅταν τις ψέγῃ τὸν ἑαυτῷ ὅμοιον, *offenditur enim Deus, quando quis ipſi ſimilem vituperat. Contrá* αὐτὸς *pro compoſito interdum capitur. Greg.* ὁρῶν οὖν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ' αὐτὸν, δρασμὸν βουλεύεται, *videns igitur populi motum in ſe, de fuga deliberat.*

## Convenientia articuli.

*Articulus præpoſitivus habet emphaſim,* ὁ ποιητὴς, *id eſt ſummus poëta, ut Homerus* τὸ ἀγαθὸν, *eximiũ illud bonum. Aliquando interpretationis eſt,* πείθου τοῖς νόμοις, τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις, *obtempera legibus, nẽpe iis quas Reges tulerunt.*

*Præponitur nomini, ut* ὁ Σωκράτης λέγεται: *Indifferenter autem additur, aut nõ*

additur proprio, ſed nominibus compluribus non additur: primó interrogativis, ut τίς, ποῖος, πόσος: Deinde infinitis, niſi per compoſitionem, ut ὅστις, ὁ ποῖος, ὁ πόσος: aliquando tamen τὸ τί & τὰ ποῖα apud Ariſtophanem, & τίνα τὴν ἄσκησιν apud Lucianum. Tertió redditivis, ut οἷος, ὅσος, τοῖος, τόσος: Quartó univerſaliter negantibus, ut οὐδὲν ὑγιὲς, οὔτε πάντα, οὔτε πάντῃ, οὔτε παρὰ πάντων. Quintó numeralibus. Lucian. τίθει πέντε δραχμὰς καὶ ὀβολοὺς δύο. Aliquando tamẽ interpretationis cauſſa hic adhibetur. Lucian. ὑπὲρ τοῖς ἐννενήκοντα ἔτη, ἃ βεβίωκε. ἀμφότεροι & ἄμφω nunquam articulo junguntur. Sextó pronominibus primitivis, demonſtrativis & compoſitis: raró enim ὁ οὗτος, & quod Lucianus ait τὸν νῦν ἐμέ. poſtremó quibuſcũque nominibus verbum ſequẽtibus: ut, ἡ χελιδὼν ἐστὶν ὄρνις. Septimó titulis librorum aliquando non præponitur, περὶ ἰλιάδος, περὶ δικαίου, περὶ

φύσεως

φύσεως: *apud Platonem aliquando præponitur, ſic enim Ariſtoteles inſcripſit,* περὶ τῆς προνοίας, *Ariſtippus* περὶ τῆς παιδείας, *Epicurus* περὶ τῆς ἀρχῆς, *Galenus* περὶ τῆς ἀποδείξεως, *Chryſippus* περὶ τῆς ῥητορικῆς: *& ut apud Varronem eſt,* περὶ τῆς ἀνωμαλίας.

*Secundó præponitur & articulus verbo infinito, & adverbio, ſed vice nominis poſito. Demoſth.* Διόπερ τὸ φυλάξαι τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον, *Itaque difficilius eſt tueri, quám acquirere.* ὁ πλησίον *vicinus,* ἡ σήμερον ἡμέρα, *hodierna dies,* οἱ πρὸ ἡμῶν, *majores noſtri,* οἱ μεθ' ἡμᾶς, *poſteri noſtri: Denique rebus* τεχνικῶς *acceptis tanquam neutris nominibus adhibetur, ut* τὸ θ τίθεται ἀντὶ τοῦ τ. τὸ ἄνθρωπος μὲν ἐστὶ ὄνομα, τὸ δὲ λέγω, ῥῆμα, τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν με τέρπει, ὁ μέν τις, ὁ δέ τις, *unus quidem, alter veró frequentia ſunt. Aliquando poſtpoſitivus eſt pro præpoſitivo, Lucian. in Timone,* διδοὺς ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μὲν πέντε δραχμὰς, ᾧ

μνᾶν, ὡς δὲ ἡμιτάλαντον: *tametſi id Lucianus in Sophiſta reprehendit. Aliquando contrá præpoſitivus pro poſtpoſitivo videtur accipi, ut,* σωκράτης ὁ ἀγαθὸς διαλέγεται, *id eſt,* ὅς ἐστι, *vel* ὁ ὢν ἀγαθός. *Præpoſitivi eleganter ſuis ſubſtantivis multi præponuntur, ut* τὰ τῆς πόλεως πράγματα. *Æſop.* ἡ τὰς τῶν θεῶν ὀργὰς ἀποτρέπειν ἀπαγγελλομένη, *Deorum iras avertere pollicita.*

## Convenientia nominis cum verbo.

ἄμφω & δύο, *licet dualia, tamen plurali ſæpe junguntur,* ἄμφω τρέχουσι, *ambo currunt.* δύο ἀετοὶ ἐπέτοντο, *duæ aquilæ evolaverũt. Atticé item neutrum plurale additur ſingulari verbo, ut* παιδία παίζει.

## Rectio ſubſtantivi.

*Regens ſubſtantivum aliquãdo tacetur,* Νηλεὺς ὁ Κόδρου *Neleus Codri, ſupple*

υἱός,

υἱός, *filius*. *Lucian*. πτολεμαῖος ὁ λάγου. *Cōtrá* υἱός *additur ex abundanti, ut* υἷες ἀχαιῶν, *Homero, pro* ἀχαιοὶ, *item* ἑλλήνων παῖδες, *pro* ἕλληνες.

*Poſſeſsiva poſt ſeſe genitivū quemvis liberiús admittunt. Lucian.* ὅλως δὲ τ' ἀμὰ οὗτοι σπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος, *omnino res meas infelicis dilapidāt. Primitivum pro poſſeſsivo ſæpe*, ὁ φίλος μου, ὁ πατὴρ ἡμῶν, *pro* ἐμός, ἡμέτερος.

## Rectio adjectivi comparati.

*Comparativum etiā inter plures ejuſdem generis, pro ſuperlativo locum habet.* Δημοσθένης ἁπάντων τῶν ῥητόρων δεινότερος, *pro* δεινότατος. *Superlativum contrá pro cōparativo ſumitur*, αὐτὸς αὑτοῦ κράτιστος ἐν τῷ μονομαχεῖν: *id eſt, ſeipſo præſtantiſsimus in ſingulari certamine, pro* κρείττων, *id eſt præſtantior. Nomina quædam ſuperlativi inſtar, genitivum eundem regunt*, μόνος τῶν

ἀνθρώπων, *ſolus hominum*, ἔξοχος πάντων, *præcipuus omnium.*

*Poſitivum aliquãdo pro comparativo. Demoſt. Epiſt.* 17. πέντε τάλαντα ῥᾷδιον ἐκτῖσαι, ἢ πέντε δραχμὰς ἀνέξεσθαι. ῥᾷδιον *pro* ῥᾷον.

## Rectio partitionis.

*Partitio frequẽtior eſt*, οἱ σοφοὶ ἄνδρες, καὶ οἱ σοφοὶ τῶν ἀνδρῶν, αἱ καλαὶ γυναῖκες, καὶ αἱ καλαὶ τῶν γυναικῶν. *Æſch.* πρὸς μὲν τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων. *At contrá, ſi adjectivum genitivo regatur, aliud ſignificatur*, πράγματα τῶν μεγάλων, *res nẽpe quædam ex magnis. Duo quoq; adjectiva hoc modo componi poſſunt*, τὰ μέτρια τῶν κακῶν.

## Rectio differentiæ.

*Adjectivum differentiæ genitivum regit*, ἕτερον τοῦ λίθου, *alterum á lapide*, διάφορος τούτων, *differens ab his*, ἄλλοι ἐκείνων, *alii*

*alii ab illis.*

## Rectio adjectivi ad verbum infinitum.

*Quædam adjectiva verbũ infinitum poſt ſeſe capiunt, Demoſth.* ὀξύτατοι γνῶναι τὰ ῥηθέντα, *acutiſsimi dignoſcere dicta. Lucian.* συμβιῶναι δεξιὸς, καὶ συμπιεῖν ἱκανὸς, *cõvivere aptus, & compotare idoneus. Demoſth.* τοιοῦτον, οἷον εὐφρᾶναι πάντας, *tale, quale delectare omnes. Plato,* ἀλλὰ μὴν οἱ ἀγαθοὶ δίκαιοί τε, καὶ οἷοι μὴ ἀδικεῖν, *atqui boni & juſti, & tales non injuriari.*

## Rectio verborum.

*Activa accuſativum ſimiliter Latinis regunt. Soph.* ὡς ἡμέρα κλίνει, κἀνάγει πάντα τἀνθρώπεια, *ut dies premit atque extollit humana omnia. Aliquãdo enim accuſativus geminatur ſecundaria rectione. Demoſth.* μισθοὺς αὐτὴν ἀπαιτοῦντος, *merce-*

*dem ab ipſa cúm expoſceret. Æſchyn.* τέλη τῶν παραπλέοντας ἐξέλεγον, *vectigal á navigantibus exigebant. Demoſth.* ἀναγκαῖον ὑπολαμβάνω μικρὰ τῶν γεγενημένων πρῶτον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, *neceſſarium duco eorum quæ acciderunt pauca vobis cõmemorare: ſic* διδάσκω *doceo,* ἀποδύω *exuo.*

*Paßiva genitivum regunt, ſed media præpoſitione aliqua, manente tamen activi ſecundaria rectione, ut* ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ τὰ μαθήματα. *Sed de hoc in præpoſitionibus. Aliquãdo præpoſitio omittitur. Iſocrat.* ὁμοίως αἰσχρὸν νόμιζε τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιΐαις καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις, *Æqué turpe puta ab inimicis vinci maleficio, atque ab amicis ſuperari beneficio: Hic tamen dativus etiam frequenter eſt. Demoſth.* βαδιοῦμαι δὲ ἐπ' αὐτὰ, ἅ πέπρακταί μοι, *pergam autem ad ea quæ á me geſta ſunt: ut Cicero, Quæ mihi probantur. Neutra & deponentia &*

*commu-*

*communia ſignificationis activæ vel paſſivæ, activorum vel paſſivorum rectionem imitantur: abſoluta ponũtur abſolutè,* φεύγω ϗ λανθάνω σε, *Fugio & lateo te.* ἀναβαίνω τὸ ὄρος, *aſcendo montem.* πάσχει ὑπὸ τῆς νόσου, *laborat é morbo.* ἀπέθανεν ὑπὸ πυρετοῦ, *ex febre interiit: At* πλουτῶ, ζῶ, ὑγιαίνω *abſoluta ſunt. Deponentium præterita, aliquando paſſivé ſignificant, præcipueque participia more Latinorum* μεμηχανημένος, ἐωνημένος, πεπολιτευμένος: *Communia, ut* ἐργάζομαι τὴν γῆν, ϗ ἡ γῆ ἐργάζεται ὑπ᾽ ἐμοῦ. *Quædam activa ponuntur abſoluté,* ἐγὼ γράφω, σὺ ἀναγινώσκεις. *contrá ex abſolutis quædam ſumuntur activé,* ἀνέστησα δῆμον, *concitavi plebem: at* ἀνέστην *ſurrexi: item activa quædam paſſivé ſumũtur,* ἀνακάμπτω *reflector,* μεταβάλλω *mutor,* ἀναλαμβάνω *recreor.*

*Speciales formæ ſunt é verbis ſenſus, ſtudii, dominatus, poſſeſſionis, copiæ, dif-*

ferentiæ.

Senſus, Ariſtoph. εἴ τις αἴσθηται ψόφου, ſi quis ſonum ſentiret. Demoſth. ὡς ἐγὼ τινὸς ἤκουσα ἀνδρὸς, ut ego á viro quodam audivi. Ariſtoph. ὀσφραίνεται τοῦ ψύχου, Olfacit frigus. Eurip. ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν, Qui non conſuevit guſtare mala. Ariſtoph. καὶ πρῶτα μὲν δὴ τῆς κεφαλῆς ἐφήψατο, Et primó quidẽ caput attigit. Excipe verba viſus ὁρῶ, βλέπω.

Studii. Oppianus, ἱμείροι δὲ πόνων, ἐράοι δὲ θαλάσσης, Cupiat labores, amet mare: ſic ὀρέγομαι τῆς ἀληθινῆς σοφίας, Cupio verã ſapientiam. Ariſtoph. σοῦ δ' οὐ φροντιῶ, Tui curam nõ habebo: ſic πάντων ἐπιμελεῖν, μεμνῆσθαι, ὀλιγωρεῖν.

Dominatus. Iſocr. τῶν οἰκετῶν ἄρχειν, Famulis præeſſe: ἡδονῆς κρατεῖν, voluptati imperare: ſic δεσπόζειν, κυριεύειν, τυραννεῖν, δυναστεύειν, βασιλεύειν.

Poſſeſſionis. Demoſth. ἄξιός εἰμι ἐπαί-

νου τυχεῖν, *Dignus ſum laudem conſequi.* *Lucian.* ὄναιο αὐτῶν, *Fruere iis*, εὐσεβείας ἔχου, *pietatem complexare: ſic* μετέχειν, κοινωνεῖν. ἀπολαύω πλούτου, *Fruor divitiis*: αἱροῦμαι τοῦ κρείττονος, *Eligo quod melius eſt.*

*Copiæ. Ariſtoph.* αἱ δὲ λήκυθοι μύρου γέμουσι. *Lecythi autem unguento abundant.* *Demoſth.* ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, πολλῆς φροντίδος καὶ βουλῆς δεῖται, *Præſens quidem occaſio multa cura conſilioque indiget.*

*Differentiæ: ut adagium,* ἡ ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει, *Intempeſtiva amicitia nihil differt ab inimicitia. Pythagoras,* κυάμων ἀπέχεσθαι, *A fabis abſtineto.* *Phocy.* πλούτου μὴ φείδου, *Divitiis ne parcito. Il.* κ. σὺ μὲν πόνου οὔποτε λήγεις, *Tu quidem á labore nunquam ceſſas. Plat.* πολὺ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνεις, *Multum á veritate aberras: ſic* ἀφίστημι *recedo,* ἀπέχω *diſto,* ἀπέρχομαι τῆς πόλεως, *abſcedo á civitate:* ἀκούω *tamẽ,* αἰσθάνομαι, πυνθάνομαι, μέμνημαι,

ἀμελῶ, ἀπολαύω, καρποῦμαι interdum etiã accuſativum regunt. Acquiſitionis. Iſocrates, χρῶ τοῖς βελτίστοις. Lucian. ταύτῃ μόνῃ λατρεύειν διέγνωκε, huic ſoli ſervire decrevit: ſic ἕπομαι ſequor, πιστεύω credo, βοηθῶ auxilior, ἐπιστέλλω mitto, χαρίζομαι gratificor: verba tamen quælibet etiam dativum regunt vi acquiſitionis. Verborum quorundam rectio multiplex eſt, ἐπιλείπει μοι, καὶ μὲ τόδε, hoc mihi, vel me deficit: ſic μετέχω τόδε vel τοῦδε: ſic μνάομαι recordor, δρέπομαι decerpo, δωροῦμαι σὲ χρήμασι, καὶ σοὶ χρήματα, dono te pecuniis & tibi pecunias, ἀφαιροῦμαι σοῦ τόδε, καὶ σὲ τοῦδε, κατηγορῶ σὲ θανάτου, καὶ σοῦ θάνατον. Mutatio etiam ſignificationis rectionẽ mutat, ἀπορῶ τοῦτο, ignoro hoc, ἀπορῶ δὲ χρημάτων egeo pecuniis, ἐβασίλευσε τῆς ῥώμης, imperavit Romæ, ἐβασίλευσε τὸν υἱὸν, Regem deſignavit filium: ſic δεσπόζω, ἡγεμονεύω σοῦ, καὶ σε, συμπάντων ἡγεῖσθαι, univerſis præeſſe, Ariſt. οἱ γὰρ βλέ-

ποντες

ποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα, *Videntes, cæcis præimus. aliaque ejuſmodi infinita.*

## Rectio deliberativi verbi.

*Verba deliberativa infinitivo ſerviūt,* βούλεται πίνειν, *vult bibere,* ᾤετο δεῖν, *ratus eſt oportere: ſed illud diſſimilius, cúm indicatur cauſſa,* ἔγραψα σοὶ ἐλθεῖν πρὸς ἐμέ. *Verba item motus infinitivum regunt,* οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι.

*Subſtantivi rectio Latinis eadem eſt,* τυγχάνει περιπατῶν, ἔστιν ἀγαθὸς, ὑπάρχει δίκαιος, διατρίβει σπουδάζων.

## Rectio infinitivi.

*Infinitivus poſt ſe regit caſum finiti, ante ſe accuſativum ſæpe regit, nonnunquam & nominativum, genitivum, dativum. Demoſth.* ὅταν φῇ δημοτικὸς εἶναι, *Quãdo dixerit popularis eſſe. Plato,* ἡδόμην αὐτῶν, διὰ τὴν ποίησιν οἰομένων καὶ τ᾽ ἄλλα

σοφωτάτων εἶναι ἀνθρώπων, *habui ſenſum ipſorum, ob poëſim putantium, & ob alia ſapientiſsimorum eſſe hominum. Idem,* τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πορθμεῖ γενέσθαι, *huic nō licere portitori eſſe. Quidam reprehendunt* βούλομαι ἐμὲ εἶναι ἀγαθόν: *quale tamen eſt Ciceronis illud, Cupio me eſſe clemētem. Infinitivus autem cum articulo ſupplet vicē nominis,* τὸ, τοῦ, τῷ πλουτεῖν, *divitiæ, divitiarum, divitiis.*

*Vſurpatur aliquando pro imperativo. Phocyl.* μέτρῳ μὲν φαγέειν καὶ πιεῖν, καὶ μυθολογεύειν, *Menſura edito, bibito, loquere.*

*Infinitivo ſæpe deeſt verbum á quo regitur,* ὡς ἀκοῦσαι, ἐπειδὴ ἔρχεται, *deeſt* συνέβη: *& huc referri poteſt infinitivus pro imperativo,* εὖ πράττειν, *bene agere,* προστάττω, *jubeo, quomodo Latini infinitivo pro infecto utuntur.*

*Gerundia, quæ adverbia poſitiva dicuntur, plerumque ante ſe dativum habēt*

poſt

*poſt caſum verbi finiti. Demoſth.* φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν: *Ajo itaque bifariam opitulandum eſſe rebus, vobis . i . quod vos debetis opitulari: Aliquando anté accuſativum habet more infinitivi. Ariſtot.* ὥστε σκεπτέον οἴω τὰ μὲν αὐτὸν, τὰ δὲ τὴν γυναῖκα. *Conſulere igitur alia quidem debet ipſe, alia veró uxor. Aliquando abſque caſu: ut,* ἰστέον ὅτι, *ſciendum quod, ſic* λατητέον, ποιητέον, *latendum faciendum.*

## Rectio imperſonalium.

*Imperſonalia primæ formæ, ſuos caſus habent. Demoſth.* δεῖ δὴ χρημάτων, *Neceſſariæ jam pecuniæ ſunt. Eurip.* χρὴ φίλων, *Opus eſt amicis,* μέτεστί μοι τοῦ οἴκου, *Participo domum:* προσήκει ποιεῖν, πρέπει ἀκούειν, συμβαίνει μοι πορεύεσθαι, *Accidit mihi ire:* οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξειν τὸν οὐκ ἀρχθέντα, *Non contingit eum bene imperare, qui non paruerit.*

*Imperſonalia ſecundæ formæ pleraque abſoluté ponuntur*, ἀποχρώντως εἴρηται, *Abundé dictum eſt. Lucian*. ἱκανῶς πεθρήνηται, *Satis lamentatum eſt. idem* εἵμαρται γὰρ ἐκείνῳ ὑπὸ τούτου φονευθῆναι, *In fatis eſt illi ab hoc occidi. Æſch*. ἀπείρηταί σοι, *Interdictum eſt tibi.*

*Quædam imperſonalia perſonalibus retexuntur*, μεταμέλει μοὶ τούτου, *Pœnitet me hujus*, μεταμέλομαι ἐπὶ τούτῳ, δεῖ μοὶ χρημάτων, *&* δέομαι χρημάτων.

## Participiorum ſyntaxis.

*Participium pro infinito verbo ponitur. Lucian*. δῆλος εἶ ἀγνοῶν, *manifeſtus es ignorans, id eſt, Præ te fers ignorare. Phalaris*, παῦσαι δὲ καὶ σεαυτῷ καὶ ἐμοὶ πράγματα παρέχων, *pro* παρέχειν. *Demoſth*. σαυτῷ συνῄδεις ἀδικοῦντι, *Tibi ipſi conſciebas injuriari, pro* ἀδικεῖσθαι. διατελεῖ λέγων καὶ πράττων, *pro* λέγει καὶ πράττει· τυγχάνει γρά-

φων, pro γράφει: *Sed tum verba, tum participia interdum redundãt apud Atticos,* παίζεις ἔχων, *pro* παίζεις, ἔχω φέρων, ἀντὶ τοῦ φέρω, ἔφη φάναι, τυγχάνει ὤν: *Sic Demoſth.* δεῖ γὰρ εἶναι ἕνα ὄντα κύριον.

## Convenientia adverbiorum localium.

*Adverbia localia in triplici ſunt differentia, in loco, de loco, ad locum.*

ποῦ, *id eſt ubi, quærit de habitudine in loco,* ποῦ ἐστί; Ubi *eſt? Cui reſpondent* ἔνθα, ὅπη, ὅπου οὗ σὺ ἦσθα, *id eſt, ubi tu fuiſti. Item* τῇδε, ἐνθάδε, ἐνταῦθα, *hic.* αὐτόθι αὐτοῦ, *iſthic.* ἐκεῖ *illic,* ἑτέρωθι *in altero loco.* ἄλλοθι *alibi,* πανταχοῦ *ubique,* ἀμφοτέρωθι, ἑκατέρωθι *utrobique,* ἐντὸς καὶ ἔνδον *intus,* ἔξω & *interdum* ἐκτὸς *foris,* ἄνω *ſupra,* κάτω *infra,* οἴκοι *domi,* ἀγρόθι *in agro,* Ἀθήνησι *Athenis,* θύραθι *foris.*

πόθεν *unde, quærit de loco,* πόθεν ἔρχῃ,

*unde venis? Cui reſpondent hæc*, ὅθεν σὺ, *unde tu*, ἐντεῦθεν, *hinc*, ἐνθένδε, *hinc vel iſthinc*, αὐτόθεν *iſthinc*, ἐκεῖθεν *illinc*, ἄλλοθεν *aliunde*, πανταχόθεν *undique*, ἀμφοτέρωθεν, ἑκατέρωθεν *utrinque*, ἑτέρωθεν *altrinſecus* ἔσωθεν *ab interiori loco*, ἔξωθεν *ab exteriori*, ἄνωθεν *ſuperné*, κάτωθεν *inferne*, οἴκοθεν *domo*, ἀγρόθεν *ex agro*, Ἀθήνηθεν *Athenis*, θύραθεν *foris.*

ποῖ *quærit de motu ad locū*, ποῖ πορεύῃ; *quo pergis? Cui reſpondent*, ὅποι σὺ, *quó tu*, ἐνθάδε, ἐνταῦθα, *huc vel iſthuc*, δεῦρο, ὧδε *huc*, ἐκεῖσε *illuc*, πανταχόσε, *ad omnem locum*, ἄλλοσε *alió*, ἀμφοτέρωσε, ἑκατέρωσε *utroque verſum*, ἑτέρωσε, *verſus alterā partem*, ἔσω *intro*, ἐκτὸς *foras*, ἄνω *ſurſum*, κάτω *deorſum*, οἴκαδε *domum*, ἀγρόσε *ad agrum*, Ἀθήναζε *Athenas*, θύραζε *foras.*

*Quarta loci differentia* ᾗ *quá, quæ eſt Latinis, feré præpoſitione explicatur*, διὰ τοῦ ἄγρου *per agrum. Quorum tamen quædam*

dam alicubi ad pluſquam unam habitudinem uſurpantur, ut εἴσω, intro & intus, ἄνω ſupra & ſurſum, κάτω infra & deorſum, ἔξω foris & foras, πόῤῥω longinque & in longinquum locum, ἐνθάδε, hic, isthic, illic, & huc, isthuc, illuc. Item ἐντεῦθεν, hinc, iſthinc, illinc, δεῦρο, ὧδε, τῇδε, ἐνταῦθα, hic & huc, αὐτοῦ, ibi, iſtic, illic. Item ποῦ, ubi & quo. που encliticum, alicubi & aliquó. Rurſus aliqua bina uni habitudini ſerviunt, ut ποῦ & πῇ ubi, ἐντὸς & ἔνδον intus, ἔσω καὶ εἴσω intro, ἀλλαχοῦ ἀλλαχῇ alibi. Quinetiam terna & eo ampliús interdũ reperientur, ſi poëtica in hunc numerum recipiamus. Adhæc ſunt, quæ eodẽ ſignificato multiplicantur in illis tribus locis, ut ἀλλαχοῦ, ἀλλαχόθεν, ἀλλαχόσε & ἄλλοθι, ἄλλοθεν, ἄλλοσε, quorum poſteriora hæc prioribus receptiora ſunt: Item πανταχοῦ, πανταχόθεν, πανταχόσε, & πάντοθι, πάντοθεν, πάντοσε: & his adhuc receptiora ἑκασταχοῦ,

ἑκασταχῆ, ἑκασταχόσε.

## Convenientia adverbiorum temporalium.

*Temporalium* νῦν *cuivis tempori accommodatur, excepto pluſquamperfecto:* νῦν ποιῶ, *nunc facio,* ἐποίουν *faciebam,* ἐποίησα, πεποίηκα *feci,* ποιήσω *faciam. Ejus extrema ſunt,* ἄρτι ἐποίησα, *modó feci, &* αὐτίκα ποιήσω, *continuó faciam.* νῦν *quandoque conſequentiam magis quám tempus ſignificat, qua forma, illi reſpondere ſolet* δὲ. *Demoſth.* ἐγὼ μὲν ᾤμην ταῦτα ἐκεῖνον ἐρεῖν, νῦν δὲ οὐδὲν τούτων εἴρηκεν. σήμερον, *hodie, cuivis tempori adhæret, præterquam pluſquamperfecto & futuro: ejus extremum* ἐχθὲς *vel* χθὲς *heri, infecto & aoriſto: alterum extremum* αὔριον *cras, futuro. Interdum præſenti ad actionis aſſeverationem,* αὔριον ποιῶ *cras facio.*

Ἀεὶ *quoque cuilibet temporum differẽtiæ*

tiæ congruit. Similiter ὅτε cum, & τότε tūc,
præterquam perfecto. οὐδέποτε nunquam,
& οὐκέτι non ultra, & οὔπω nondum, præ-
terito & præſenti. ἤδη jam, præterito &
futuro, diciturq; de tēpore proximo: πρώην
nuper, & πάλαι olim & οὐδεπώποτε nun-
quam, ſolis præteritis: etiā infinitis Plut.
πρώην εἰπεῖν μοὶ παρέστη. é diverſo εἰσαεὶ in-
æternum, & αὖθις rurſum ſoli futuro: non-
nunquam etiam præſenti: πρὶν præterito
indicativi adjungitur, πρὶν εἶπε, priuſquā
diceret vel dixiſſet: item infinitivi πρὶν
εἰπεῖν, & interpoſito ἢ, πρὶν ἢ εἰπεῖν, ante-
quam diceret; & cum ſubjunctivo, cúm
ſermo eſt de re futura, πρὶν γένηται antequā
fiat, & ἂν interpoſito, πρὶν ἂν γένηται. ἕως
quoque præterito indicativi, infinitivi &
ſubjunctivi eodem modo, ἕως ἔλεγε, dum
diceret, ἕως ἦλθε, donec venit, ἕως ἔλθῃ, do-
nec veniat, ἕως ἐλθεῖν, dum veniat, & ſe-
quente ἂν, ἕως ἂν ἔλθῃ, donec veniat. Item

futuro, ἕως οὕτως ἔσται τὰ πράγματα, quandiu ad hunc modum res erunt. Additur etiam huic articulus οὗ, ἕως οὗ, quouſque. ἄχρι & μέχρι eandem feré ſyntaxim habēt cum ἕως. Item ἄχρις ἂν, μέχρις ἂν ἔλθῃ, quouſque, vel donec veniat. Item ἄχρις οὗ, μέχρις οὗ, &c. Inter temporalia ſunt aliqua relativa, ut πότε ὅτε, πηνικαῦτα ἡνίκα, τέως ἕως: quorum ordo confunditur: præcedunt enim invicem & ſequuntur.

Uſurpantur autē reciprocé localia pro temporalibus & temporalia pro localibus, ut μέχρι vel ἄχρι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, uſque ad diem illum. & μέχρι πρὸς τὸν οὐρανόν, uſque ad cœlum: ſic ἄνωθεν ſuperné & ab antiquo. ἔνθα, ubi & tunc. πόῤῥω, procul & olim. Quinetiam per idem adverbium aliquādo utrunque ſimul intervallum invenitur loci temporiſque. Nam cúm dico μεταξὺ λέγων, vel μεταξὺ λόγων ἐβόησε, inter dicēdum exclamaſſe ſignifico, hoc eſt cúm dicebat,

dicebat, inter verba ipſa clamorẽ miſcuiſſe. Adhæc aliqua horum ad diverſas quoque ſpecies pertinẽt, ut ἄνω τοῦ ὄρω, πόῤῥω τοῦ ὄρω, præter locum: etiam ad comparationem, ἔξω & ἐκτὸς, ad exceptionem.

Hortativa imperativo & ſubjunctivo conveniunt, φέρ᾽ εἰπὲ age dic, φέρ᾽ εἴδω, age videam.

Affirmativa & negativa indicativis, ναὶ λέγω, ſané dico, οὐ ποιῶ, non facio.

Prohibitiva præſentibus imperativi, μὴ λέγε, ne dic, μηδαμῶς ποίει, neutiquam facito, μὴ ἐνόχλει ne pergas eſſe moleſtus. Hæc autem ſecundis perſonis aoriſtorum imperativi jungi nolunt: non enim dicitur μὴ τύψον, μὴ τύφθητι, μὴ τύψαι: tertiis recté, μὴ τυψάτω ne verberet, μὴ γενηθήτω ne fiat, μὴ τυπέσθωσαν ne verberent: Recté & ſubjunctivi ſecundis, μὴ τύψῃς, τύπῃς, τυφθῇς, τυπῇς & tertiis μὴ τύψῃ, τύπῃ: Item primis pluralibus, μὴ τύψωμεν: etiam præſentis μὴ

τύπτωμεν. *Et cum verbis affectus*, δέδοικα μὴ ᾖ, *timeo ne ſit*, φοβοῦμαι μὴ διολισθῇ, *metuo ne dilabatur. Et cum optativis*, ἐδεδοίκειν μὴ εἴη, *timui ne eſſet. Et cum indicativo. Thucyd.* νῦν δὲ φοβούμεθα, μὴ ἀμφοτέρων ἡμαρτήκαμεν, *nunc id veremur ne ambobus fruſtrati ſimus. Lucian.* ὅρα γοῦν μὴ τοὐναντίον ἐστὶ: *attamen vide ne diverſum ſit. Porró* οὐ *negativum &* μὴ *prohibitivum ſæpe ſimul incedunt: nunc prohibitivé. Ariſtoph.* οὐ μὴ ληρήσεις, *ne nugeris: nūc negativé*, οὐ μὴ ποιήσω, *non fecerim. Lucian.* οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον, *nihil fiet injurium. Item* μὴ οὐ. *Æſch.* οὔτ' αὐτὸς ἐξαρνοῦμαι, μὴ οὐ γεγονέναι ἐρωτικὸς, *neque eo inficias me in amorem prolapſum. Ponitur &* μὴ *negativé pro* οὐ. *Iſocrat.* ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ, *ſi quid non ex ſententia evenerit: non tamē é diverſo*, οὐ *pro* μὴ. ναὶ *præpoſitivum negationi* μὰ, *illam perimit*, ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, *id eſt, per hoc ſceptrū.* οὐ *ponitur cúm*

*ſequitur*

ſequitur conſonans, οὐ τριῶ. οὐκ cúm vocalis tenuis, οὐκ ἔστι. οὐχ cúm aſpirata, οὐχ ὅπως nedum, οὐχὶ quavis ſequente, οὐχί ἐστιν, οὐχὶ ὁρᾷ, οὐχὶ βούλεται. Attici amant negationes ſuperflué geminare, apud quos οὐ μὰ δία valet idem quod μὰ δία, nõ per Jovem, & οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, idem quod, nullus eſt. Sophocl. τῆς ἀναγκαίας τύχης οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν: neceſſaria fortuna nullum eſt majus hominibus malũ. Item tres idem quod una. Plato, οὐ δυνατὸν οὐδέποτε οὐδὲν τούτων πράττειν, nihil unquam horum fieri poterit: & quatuor, ut apud Demoſth. οὐδέποτε οὐδὲν οὐ μὴ γένηται τῶν δεόντων, non fiet unquam utile quidpiam. Inveniuntur adhuc his plures in eodem circulo, ut apud eundem, εἰ δὲ μήτ᾽ ἐστὶ, μήτ᾽ ἴω, μήτ᾽ ἂν εἰπεῖν ἔχοι, μηδεὶς μηδέπω καὶ τήμερον. Abundant quoque alicubi cum verbis prohibitivis negativiſque, ἀπαγορεύω σοὶ μὴ θεῖναι νόμον, interdico tibi ne feras legem, ἐκώλυσε

μὴ οἰκοδομεῖν τὰ τείχη, *vetuit ne ædificaret muros. Item* μὴ οὐ. *Lucian.* οὐκ ἂν ἐξαρνηθείης, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι, *non negabis te eſſe filium meum. Demoſth.* οὐδεὶς πώποτε μὴ οὐ καλῶς ἔχειν ἀντεῖπεν, *nullus unquam contendit nō bene habere. In his ſequitur infinitivus, aliás etiam participium. Idem* οὐδ᾽ ἂν εἷς ταῦτα ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι ἠβουλήθη μὴ οὐ συνειδὼς ἑαυτῷ συκοφαντοῦντι, *nullus hæc Athenienſes, vellet, niſi calumniæ ſibi cōſcius. Præcedente veró* οὐ, *ſic* οὐ μὴ, *interdū ſequitur indicativus,* οὐ μή ποτε βελτίους ποιήσετε, *nunquam meliores facietis: ſed plerunque ſubjunctivus. Inveniuntur etiam duæ negationes affirmantes. Ariſtoph.* ἢν δὲ μὴ θέλῃ, οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐκ ἐξελῶ τῆς οἰκίας, *Quod ſi nolit, nullo pacto fiet, quin domo ejiciam. Idem,* οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐκ ἔχετέ μου τὰ χρήματα, *non dubiū quin vos habetis meā pecuniam. Chryſoſt.* οὐδεὶς ὅστις οὐ γελάσεται, *nemo nō ridebit. Hujuſmodi eſſe videtur*

*quoties negatio adhæret comparativo & ſuperlativo negationem includenti* οὐχ ἧττον, *non minús*, οὐκ ἔλαττον, *nihilominus.*

*Digreſsiva infinitivis,* ὥστε δύνασθαι, *ut quis poſsit: & interpoſito* ἢ. *Baſil.* μικρότερον ἐμαυτὸν κρίνων, ἢ ὥστε τοιαύτης τυγχάνειν χάριτος, *Inferiorē meipſum judicās, quám ut talem conſequar gratiam. Interdum etiam indicativis. Demoſth.* εἰς τοῦτο ἥκει ἀναιδείας, ὥστε τολμᾷ λέγειν, *eouſque impudētiæ prorupit, ut audeat jactare. Qua forma invenitur quoque uſitatum* ὡς. *Heliodor.* ὡς μή τινα ἐγγενέσθαι ὑπόνοιαν, *ne qua ſuſpicio ſuboriretur. Hinc illa,* ὡς φάναι, ὡς εἰπεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, *ut ita dicatur & ſimilia.*

*Comparativa varié miſcentur, ut* πάνυ σφόδρα, *nimis valde,* πολλῷ μᾶλλον, & πολὺ μᾶλλον, *multó magis. Item* πολὺ ἥκιστα, *multó minus,* ὅτι πλεῖστα, *quám plurima.* ὡς μετριότατα, *quám modeſtiſsimé.* ὡς ἔνι μάλιστα, *quám maximé fieri poteſt,* ὡς ἐδύνατο

ἄριστα, *quám optimé potuit*, εὔνους ὁμοίως τοῖς μάλιστα, *benevolus, ut qui maximé*, ὡς ὅτι τάχιστα, *quám celerrimé*: πρόσθεν ὀλίγον, *antè paulum*, μικρῷ πρόσθεν, *pauló anté. Sic* μικρὸν ὕστερον, *pauló poſt.* ὅσον *fermé*, ὀλίγον ὅσον *tantillum*, μικρὸν ὅσον, *puſillum*, ὅσον τάχιστα, *quám celerrimé*: ὅσον οὔπω, ὅσον οὐ, *fermé*, ὅσον οὐδέπω, *feré, quám primúm.* ὅσον οὐκ ἤδη, ὅσον αὐτίκα, *protinus feré*: ὅσον πλεῖστον, *quamplurimúm*, θαυμαστὸν ὅσον & θαυμαστὸν ἡλίκον, *mirum in modum & alia.*

ὡς *ad multas ſpecies pertinet: nam & ſimilitudinem, ſive comparationem ſignificat*, οὕτως ἐποίησα, ὡς ἐκέλευσας, *Ita feci ut juſsiſti*, θεὸς ὥς, *veluti deus: Et relationem*, ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον, *ſic illi inter ſe loquebantur: Et admirationẽ*, ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ᾽ ἐστί, *quám moleſta res eſt: & votum, Eurip.* ὡς ὄλοιτο παγκάκως, *o ſi peſsimé periiſſet. Etiam auget, unde*, ὡς ἀληθῶς *admodum veré*, θαυμασίως ὡς, *mirum*

*mirum in modum: & ſimilia. Valet quoque poſtquam. Demoſth.* ὡς τὰ παρ᾽ ὑμῶν ἐπύθοντο, *id eſt* ἐπεὶ. *Item ad: Ariſtoph.* ᾠχόμην ὡς τὸν θεὸν, *perrexi ad Deum. Et quia, etenim, tanquam, quaſi, ut, ſicut, circiter. Item quomodo, unde* ἔστιν ὡς, *quodãmodo. & c. Adverbiũ adverbio copulatur,* ἕως τότε *uſque tunc,* ἕως πότε, μέχρι πότε, ἄχρι ποῦ, μέχρι ποῦ *quouſque,* μέχρι πόῤῥω *diu,* μέχρι ἐνταῦθα *hactenus,* μὴ οὐχὶ *neutiquã,* οὐ μὴ, μή ποτε *nunquam. Aliquando idem ſignificantia, multa geminãtur. Ariſtoph.* εἶτ᾽ αὖ, πάλιν, αὖθις.

## Adverbiorum rectio.

*Derivata á nominibus, primitivorum caſum retinent,* ἴσα τοῖς γονεῦσιν ἐθεράπευσεν αὐτοὺς, *æqualiter parentibus ipſos coluit,* ὁμοίως τοῖς παισὶν ἐπαίδευσε, *ſimiliter liberis inſtituit,* ἀξίως τῆς πόλεως, *congruenter civitati: Eurip.* ὡς πάς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ, *ut quivis ſeipſum proximo ma-*

gis amat: ſic ἥκιστα πάντων, μάλιστα πάντων.

*Adverbia genitivo ſeruiunt quædam é localibus. Iſocr.* κινδύνων ὄντας πόῤῥω, τῶν δ' ὠφελειῶν ἐγγὺς, *qui longe abſunt á periculis, & commodis propinqui. Ariſtoph.* τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν, *longe enim habito in agris: ſic* ἐκτὸς ἐλαιῶν, *extra oleas,* ἔξω βελῶν, *extra tela,* ποῦ γῆς, *ubi terrarum,* ἄχρι κόρου, *uſque ad ſatietatem. Serviunt eidem alia multa. Lucian.* ὁπότε τοῦ ἔτους, *quo anni tempore,* ἅπαξ τῆς ἡμέρας, *ſemel in die,* δὶς τοῦ μηνὸς, *bis in menſe,* τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, *ter in anno,* ἐφεξῆς τοῦ ἑνὸς, *poſt unū, ordine,* ὢ πολλοῦ γέλωτος, *o rem admodum ridiculam,* ὢ τῆς ἐμῆς συμφορᾶς, *o meam calamitatem: ſic* παπαὶ τῶν ἐπαίνων, *Papæ laudes,* φεῦ τῶν κακῶν, *heu mala,* αἲ αἲ τῶν νεογνῶν μου παιδίων, *heu tenellis meis liberis,* ὀτοτοῖ τῶν σαθρῶν ὑποδημάτων, *hei calceis meis detritis,* λάθρα, κρύφα τῶν ἄλλων, *clam,* ἐναντίον ὑμῶν, *coram vobis,* ἄνευ καμάτου, *citra laborem,* μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων, *ne ſacrificato ſine farinis,*

*rinis,* πλὴν χρημάτων, *præter nūmos,* σοφίας ἕνεκα, *ſapientiæ cauſſa,* τούτου χάριν. *Dativum habent congregativa,* ἅμα τῷ λέγειν, *cum dicto,* ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, *una cum aliis.*

*Accuſativo ſerviunt jurativa,* νὴ Δία, *per Jovem,* νὴ τὴν Δήμητρα, *per Cererem,* μὰ Δία, *non per Jovem. Sed quædam modó poſtponuntur ſuis caſibus,* δυοῖν ἕνεκα τούτων χωρὶς, ἐμοῦ χάριν: *modó ſunt media. Demoſth.* τῆς ἰδίας ἕνεκεν ἔχθρας, *privatæ cauſſa ſimultatis.*

## Rectio præpoſitionum.

*Ex adverbiis præpoſitiones quæ dicūtur, rectionem habent conſtantiorem: aliæ caſus unius, aliæ complurium.*

*Genitivo tantúm ſerviūt quinque* ἐκ, ἐξ, πρὸ, ἀντὶ, ἀπὸ.

ἐκ *ante cōſonam,* ἐκ πόλεως, *é civitate,* ἐκ παιδῶν, *á pueris,* ἐκ ψυχῆς, ἐκ καρδίας, *ex animo, ex corde.*

ἐξ *ante vocalem,* ἐξ αὐλῆς, *ex aula.*

πρὸ θυρῶν, *ante foras*, πρὸ τοῦ πολέμου, *ante bellum*, δοῦλος πρὸ δούλου, *ſervus ſervo præſtat*, πρὸ τῶν ἰδίων, *pro ſuis & propriis.*

Ἀντὶ. *Demoſth.* βέλτιστα ἀντὶ τῶν ἡδέων, *optima pro jucundiſsimis.*

Ἀπὸ. Ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους, *ab equis ad aſinos*, ἀπὸ πόλεως, *ab urbe*, ἀπὸ δείπνου, *poſt cœnam.*

*Dativo tantúm duæ*, ἐν & σὺν. ἐν οὐρανῷ, *in cœlo*, ὄνος ἐν μελίτταις, *aſinus inter apes*, ἐν τοσούτῳ, *interim*, ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, *hac die*, ἐν τῷ θεῷ, *in Dei poteſtate.*

Σὺν θεῷ, *Dei auxilio. Compoſitum cū numerali nomine* σύνδυο, σύντρεις, *bini, terni, &* συνεκκαίδεκα, *ſeni deni.*

*Accuſativo tantúm*, εἰς & ἀμφὶ, εἰς ἀγορὰν, *ad forum*, εἰς ἄρχοντα. εὔνους εἰς τὸν δῆμον, *benevolus erga populum*, ἁμαρτάνειν εἴς τινα, *peccare contra aliquem*, εἰς οὖς λέγειν, *in aurem dicere*, εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖν, *in arena ædificare.*

Ἀμφ᾽ ἀγαθὸν θεράποντα, *circum vel cir-*

*ca*

ϲα. οἱ ἀμφὶ πλάτωνα, *Plato.*

*Præpoſitiones multiplicis rectionis aliæ ſunt genitivi & accuſativi tantúm, aliæ etiam dativi: Genitivi & accuſativi tãtúm ſunt ſex,* ἀνὰ, διὰ, κατὰ, μετὰ, περὶ, ὑπὲρ.

Ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων, *per medios montes,* ἀνὰ στόμα ἔχειν, *in ore habere,* ἀν' ἑκάστην ἡμέραν, ἀνὰ δραχμὰς δ'. *Drachmas quaternas.*

Δι' ἀγορᾶς, *per medium forum,* δι' ἡμέρας, *per diem integrum,* δι' ἐνιαυτοῦ, *per totũ annum,* δι' ἔτους πέμπτου, *quinto quoque anno,* δι' αὐτὰ, *ob hæc.*

κατὰ τοῦ κυρίου, *adverſus dominum:* ἐγκώμια καθ' ἡμῶν τὰ κάλλιστα, *Laudes erga vos pulcherrimas,* κατὰ πέτρων, *in petris,* κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, *de homine,* κατὰ τοῦ μεγίστου Διός, *per ſummum Iovem,* τὴν κατὰ σαυτὸν ἕλα, *æqualem tibi ducito,* κατὰ τὸν πορθμὸν, *ad portum,* καθ' ὁδὸν, *ſecundũ viam:* ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, *qui fuit noſtra ætate,* καθ' ἡμέραν, *in dies ſingulos,* κατ' ἔτος, *ſingulis annis,* κατὰ μῆνα, *ſingulis menſibus,* κατὰ κώ-

μας, *vicatim*, κατ᾽ ἄνδρα ἕκαστον, *ſic* ὁ καθ᾽ ἕκαστον, ἡ καθ᾽ ἑκάστην, *ſingulus, ſingula*, οἱ καθ᾽ ἕκαστον, τὰ καθ᾽ ἕκαστον, *ſinguli, ſingula: Item* οἱ καθ᾽ ἕνα *ſinguli.*

Ὁ κύριος μετὰ σοῦ, *Dominus tecum*, προμηθεὺς μετὰ πράγματα, *providus poſt res confectas.*

Περὶ, *idem quod* ἀμφὶ, *ſed oratoribus* περὶ *frequentiùs*, περὶ τῶν πρωτείων φιλονεικεῖ, *de primatu certat*, περὶ τούτων, *de his*, Ἀγαμέμνονος πέρι, *de Agamemnone*, περὶ τὸ ὄρος, *in circuitu montis*, ὅτε περὶ τὴν πόλιν ἐγγύοιντο, *cúm civitati appropinquarẽt*, πορφύρα περὶ πορφύραν διακριτέα, *purpura juxta purpuram judicanda. Plato*, τυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, *cæcutit amãs circa amatum. Ariſtot.* τίκτει δὲ περὶ ἐννέα ᾠά, *parit circiter novem ova.* οἱ περὶ τὸν ἄρχοντα, *id eſt*, ὁ ἄρχων. τοὺς περὶ κράτητα, *Cratetem. Aliquando comites hic indicãtur*, οἱ περὶ θεαγένη, *Theagenes & ejus comites ſignificantur.*

ὑπὸ

ὑπὲρ τῆς στέγης, *ſupra tectum*, εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; *ſi Deus pro nobis, quis contra nos?* ὑπὲρ ὧν ἔπραξα, ἐρῶ, *de his quæ feci, dicam.* ὑπὲρ γῆς, *ſuper terram*, τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, *quæ ſupra nos, nihil ad nos.* ὑπὲρ τὰ μέτρα, *ſupra menſurã, modũ.*

*Genitivi, dativi & accuſativi ſunt,* πρὸς, παρά, ἐπὶ, ὑπό. εἵλετο πρὸς αὐτοῦ, *Trahebatur ab ipſo*, πρὸς θεοῦ τ' ἀγαθά, *á Deo bona*, πρὸς τῶν ἐπισκόπων, *coram epiſcopis*, πρὸς χαρίτων, *per gratias:* πρὸς τῷ τοίχῳ, *ad parietem*, πρὸς τούτοις *ad hæc.* ἔρχομαι πρὸς σέ, *venio ad te*, πρὸς ἅπαντας, *erga omnes*, πρὸς κέντρα λακτίζειν, *contra ſtimulos calcitrare*, ᾄδει πρὸς αὐλόν, *canit ad tibiam*, ὡς δύω πρὸς τὰ τέσσαρα, οὕτω καὶ τὰ τέσσαρα πρὸς τὰ ὀκτώ, αὐτὰ τὰ χρήσιμα πρὸς ἄλλα καλὰ ἀλλάττονται, *commoda ipſa cum aliis bonis commutant.*

παρά. ἡ βοήθεια μου παρὰ κυρίου, *auxiliũ meum á Domino*, παρὰ σοὶ καταλύουν, *apud te diverſantur*, παρὰ σε ἦλθον, *ad te veni,*

παρὰ τὴν ἀξίαν δυστυχεῖ, *præter meritum infortunatus eſt,* παρ' ἕνα, *præter unum,* παρὰ τοὺς νόμους, *contra leges,* παρὰ μῆνα τρίτον, *tertio quoq; menſe,* παρὰ τὸν καιρὸν, *in ipſa occaſione,* παρὰ τοὺς υἱοὺς, *præ filiis.*

Ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, *in loco campeſtri,* ἐπὶ τῆς γῆς, *ſuper terram,* ἐπὶ πάντων ὁ θεός, *ſuper omnes Deus,* ἐπὶ Ῥαδαμάνθυος, *coram, &c.* ἐπὶ τῇ γῇ, *in terra vel ſuper terrã, ſic* ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ, *ſupra domũ,* ἐπὶ ἀγαθῷ, *boni gratia,* ἐπὶ τούτοις *poſtea,* ἐπὶ τὴν πόλιν, *ad civitatẽ. Lucian.* στρατεύομαι ἐπὶ τὰς ἡδονάς, *adverſus voluptatem milito,* ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίζεσθαι, *ad Veſtam ſedere.*

Ὑπὸ τῆς στέγης, *ſub tecto,* ὑπὸ κόλπου, *ſub ſinu,* νοσεῖ ὑπὸ πόνου, *ægrotat ex labore,* ὑπὸ πενίας, *ob inopiam,* πεπαίδευται ὑπ' ἐμοῦ, *eruditus eſt á me,* ὑπὸ γῇ, *ſub terra,* ὑπὸ τῷ τείχει, *ad murum,* ἐποίησεν ἐφ' ἑαυτῷ τὰ κατὰ τὴν Φωκίδα, *ſubjecit ſibi Phocidem.* ὑπὸ γῆν, *ſubter terram,* ὑφ' ἑαυτὸν, *in ſuam ditionem.*

*Rectio*

## Rectio abſoluta.

*Habent Latini rectionem abſolutã ex ellipſi adverbii in nominibus cauſſæ & menſuræ, quam Græci grammatici nominatim profitentur ex eadẽ ellipſi proficiſci.*

*Genitivus igitur cauſſæ propter quã, primúm ſic habet. Phal.* τότε δὴ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες, τῶν τρόπων ἐπιμφερούμεθα, *Tunc demum eum ob artẽ laudantes, morum cauſſa multabamus, id eſt* ἕνεκα τῆς τέχνης, *&* ἕνεκα τῶν τρόπων. *Andocides.* ἐγὼ οὖν τῆς μὲν τύχης ᾗ ἐχρησάμην, δικαίως ἂν ὑπὸ πάντων ἐλεηθείην, *Ego meritó omnium miſericordiam merebor, ob fortunam qua uſus ſum. Sic* ζηλῶ σε τῆς ἐλευθερότητος, *admiror te ob libertatem,* εὐδαιμονῶ σε τῆς παῤῥησίας, *Beo te propter obloquendi audaciam,* ἀξιῶ σε τιμῆς, *dignor te honore.* φιλεῖ αὐτὸν τῆς ἀρετῆς, *Amat eum ob virtutem. Tum genitivus cauſſæ per quam,* κρέμω σε τοῦ ποδὸς, *ſuſpendo te pede,* λυκὸν τῶν ὤτων κρατῶ, *lu-*

*pum auribus teneo.*

*Ponitur etiam nomen inſtrumenti in dativo,* πορεύου, ἀγαθῇ τύχῃ, *Abi bona fortuna,* πάσῃ δυνάμει, σοὶ βοηθήσω, *totis viribus tibi auxiliabor.* τῷ ξίφει ἐπέταξε, *gladio percuſsit.* ἐστεφάνωσε αὐτὸν, χρυσῷ στεφάνῳ. *Tum cauſſæ ex qua, vel de qua,* λίθου λευκοῦ ἐποίησε τὸν νεὼν, *ædificavit candido lapide templũ. Demoſth.* οὐ τοίνυν μόνον τῷ καταφῆναι ταῦτα σεμνύνομαι, οὐδὲ τῷ γραφεὶς ἀποφυγεῖν: *Non igitur eo ſolúm glorior quod hæc non omiſerim, neque damnatus ſim. Huc etiam referri poteſt genitivus laudis, amoris, miſerationis, accuſationum, odii, æſtimationis.* συγγινώσκω σοι τῆς ὕβρεως, *ignoſco tibi contumeliam.* κατηγόρει αὐτὸν φόνου, *accuſabat eum cædis.* μέμφεται σοι ἀχαριστίας, *inſimulat te ingratitudinis,* βασκαίνει μοι τῆς χάριτος, *invidet mihi gratiam. Heliodor.* χρυσᾶ χαλκείων ἠλλάξατο, *aurea æreis permutavit. Lucian.* πόσου πρίαμαί σε; *Quanti te emam?* πολλοῦ ἐπρίατο. *Æſch.*

αἵματος

αἵματός ὤνιμ ἡ ἀρετὴ ὠνία, *ſanguine virtus comparatur. In quibus & aliis ejuſmodi ſunt qui præpoſitionem* διὰ *putent ſubaudiri, ut integra ſint.* διὰ χαλκείων & διὰ πόσου & δι᾽ αἵματος.

*Huc etiam ſpectat genitivus copiæ & inopiæ,* πληρῶ τὸ ἄγγος οἴνου, *impleo vas vino,* γεμίζω τὴν φιάλην ὕδατος, *repleo phialã aqua,* ἐκένωσα τὸν οἶκον κλεπτῶν, *vacuam feci domum furibus, id eſt* ἐκ τοῦ οἴνου, ὕδατος, κλεπτῶν. *Item* γυμνῶ σὲ τῶν ἱματίων, *denudo te veſtibus,* λύω σὲ τῶν δεσμῶν, *ſolvo te á vinculis,* διώκει με τῆς κληρονομίας, *expellit me hæreditate,* κοινωνῶ σοὶ τῆς παιδείας, *communico tibi doctrinam,* μετέχω σοὶ τῶν χρημάτων, *impertio tibi pecunias. in quibus omnibus idonea præpoſitio intelligitur.*

*Caſus menſuræ. Thucydides,* ἀπέχει δὲ ἡ πλαταιὰ τῶν θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα, *abeſt autẽ Platæa á Thebis ſtadia ſeptuaginta.*

*Deinde etiam temporis tanquam mẽſuræ accuſativus eſt. Demoſth.* οἱ χρηστοὶ

πρέσβεις οὗτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας, *Iſti boni legati ſederunt in Macedonia totos tres mẽſes, id eſt,* κατὰ τρεῖς. *&c. Idem,* ὥστε ἅπαντα τὸν βίον ὑπεύθυνος εἶναι ὁμολογῶ, *fateor itaque me per omnẽ vitam eſſe obnoxium. Et cúm citra durationem ſpatium temporis deſignatur. Idem,* καταπέπλευκεν δεῦρο τρίτον ἔτος, οὗτός τε καὶ Παρμένων. *Huc enavigarunt hic & Parmeno tertio poſt id anno. Idem,* ἐξῆλθον ἔτος τουτὶ τρίτον. *Exii annum ab hinc tertium.*

*Contra etiam genitivus tẽporis illius eſt. Hippocr.* αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, *ventres hyeme & vere natura calidiſsimi ſunt. Thucyd.* χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν, *hyeme appetente regreſsi ſunt. Item cúm tẽpus ſine duratione. Ariſtoph.* πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακα χρόνου, *nam longo tempore eos non vidi. Phil. apud Demoſth.* τοῦ λοιποῦ πειράσομαι, κἀγὼ διαφυλάττειν τὴν εἰρήνην. *Pro quo dativus ſimili modo ponitur. Thucyd.* ὑστέρῳ χρόνῳ αὖθις τροίαν

ἐστράτευ-

ἐϛράτευσαν, inſecutis tēporibus in Trojam exercitum ductarūt. Idem, τῇ αὐτῇ δὲ ἡμέρᾳ αὐτοῖς συνέβη, eadem autē die ipſis evenit.

Huc referūtur genitivi illi μικροῦ ἐξέφυγε, parum abſuit quin effugeret, μικροῦ διῆλθε, feré evaſit. Item, ὀλίγου δεῖν, fermé.

Item nomen partis, πίνω τοῦ ὕδατος, bibo aquā, δρέπομαι τῶν ἀνθέων, decerpo flores.

Atticé pro genitivo abſoluto qui ad quando reſpondetur eſt nominativus, ut ἀκουσθὲν, ἐνδεχόμενον, προστεταγμένον, cúm eſſet auditum, contigiſſet, mandatum eſſet. Thucyd. καταπλεύσαντες Ἀθηναῖοι, navigantibus Athenienſibus. Qua forma & accuſativus ſumitur & feré cum ὡς καὶ ὥσπερ, ut ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα. pro τοῦ ἀνδρὸς ποιήσαντος. Sed id frequentiſſimum eſt in participiis imperſonalium, δέον, δεῆσον, ἔξον αὐτῷ ποιῆσαι, cúm ipſi permiſſum eſſet facere, ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, tāquam nihil ejus intereſſet.

## Syntaxis conjunctionum.

συμπλεκτικός. καὶ *ſemper præponitur*, σὺ καὶ πέτρος, *tu & Petrus*, καὶ σωκράτης γράφει καὶ πλάτων. τε, *poſtponitur ac ipſi* καὶ *præponitur* θεοί τε καὶ ἀνέρες. *Deiq; & homines.*

συναπτικός. ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς, *ſi dimittã eos.* εἰ *ſæpe jungitur infecto. Demoſth.* εἰ γὰρ ἠβούλεσθε, τί ἦν ἐμποδὼν, *ſi enim volebatis, quid erat impedimento? Idem,* εἰ δὲ τοῦτο ἐποίει ἕκαστος, ἐνίκων ἂν, *ſi hoc unuſquiſque faceret, viciſſent utique. Jungitur & optativo,* εἰ βούλοιο, *ſi velles, & addito* ἂν, εἰ βούλοιο ἂν.

ἐναντιωματικός. μὲν *præcedit,* δὲ *ſequitur,* ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δὲ ἀμήσονται, *alii quidem ſeminant, alii veró metent. Quãdoque pro* δὲ, ἀλλὰ *reſpondet. Il.* ε. τυδεὺς μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητὴς, *Tydeus quidem parvus erat corpore, verum pugnax. Plato 2. de Rep.* ἀεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ γλαύκωνος ἠγασάμην, ἀτὰρ οὖν καὶ τότε πάνυ

γε ἥσθην, *Cúm alias ſemper, tum præcipué per id temporis, ingenio Glauconis ſum oblectatus.* αὐτὰρ. *Homer.* αὐτὰρ δὲ, *ego autem. Sic* μὴν, ὅμως *&* *compoſita* ἀλλ᾽ ἀμὴν, ἀλλ᾽ ὅμως.

Διαζευκτικός. ἢ νὺξ, ἢ ἡμέρα. ἤτοι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον, *aut bonum aut malũ. Aliquando* ἢ *diſtinguendo interrogat. Demoſth.* πότερον πάντα ταῦτα ποιῶν ἠδίκει καὶ παρεσπόνδει καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ; *utrumne hæc faciens iniquus erat & fædera pacemque rumpebat, an non?*

Συλλογιστικός. ἄρα. *Syneſ.* κἂν ἄρα γε ἵππον τις πριάμενος μὴ ἐπίσταιτο, *ſi quis igitur equum emerit. Iſocr.* ἡδέως ἂν οὖν αὐτῶν πυθοίμην, *libenter igitur interrogarem. Plato,* ἄρα οὖν ἐκ τοῦ δὲ τὸ τοιόνδε γίγνεται; *Igitur ex hoc, illud efficitur? Philo, de mundo* ὅπου ποτ᾽ οὖν ἄρα τὰς ῥίζας καθῆκε, σκεπτέον, *ubinam igitur radices egerit, conſiderandum.* τοιγάρ. *Soph.* τοιγάρ τοι λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς εἴκειν, *itaque quod reliquum eſt,*

*diis aſsimilabimur.*

τοιγάρ τοι κύριοι γινόμενοι, *Itaque domini facti.*

τοίνυν. *Demoſth.* τοῦτο τοίνυν, *hoc igitur.*

Αἰτιολογικός. γάρ. *Heſiod.* μάλα γάρ νύ τοι ἄρμενος οὕτως. *Sic enim aptus eſt.*

ἵνα. *Ariſtoph.* ἵνα λάβοιεν, *ut capiant.*

ἐπειδή. *Plat. in Epiſt.* ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ῥᾴδιον ἔσται. *Præſertim cum facile ſit futurum.*

ὅπως. *Ariſtoph.* ὅπως ἐφαίνου, *ut videreris.*

ὄφρα. *Iliad.* ί. ὄφρα ταρχύσαιο, *ut ſepelires.*

ὅτι. *Iſocr.* ὅτι οὐ δίκαιόν ἐστιν, οἶδα, *quia nō juſtum eſt, novi. Xenophon.* λέγω διότι ἀφανίζουσι, *dico quod obruunt. Xenophon.* καρποῦ ἕνεκα, *fructus cauſſa. Ariſtoph.* γνώμης οὕνεκα, *prudentiæ cauſſa.*

*F I N I S.*